Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

miserie pestilentie / Gra saluato-
ris mei filij tui o maria / qui
vt infirma mea tolleret spon-
te infirmatus est / et ut morte
mortis mee ipse fieret / Innocens
pro peccatoribus mortuus est / Quis
tam ydoneus vt pro nobis lo-
quatur ad cor ihesu domini mei
vt tu o felix maria que in sanc-
tissimis amplexibus amantis-
simi filij tui tubas i meri-
die sempiterno / eiusque familia-
rissimo colloquio tui plena
cordis leticia perfruere / Loquere
domina quia audit filius tuus /
et quecumque petieris impetrabis
Inuoca bonum nomen super nos vt
tueremur a vetusta lepra carnis
et spiritus / Expurge virus hoc mor-
tiferum quod de pomo suis reli-
quijs eua nobis propinauit / que suo
noxiali gustu inebriata est
a filijs et diuisit reliquias par-
uulis suis / vtinam ebria poculum
suum ebria illa ac totum ebibisset
ac totum effudisset / Te domina
exorante omne iugum meum com-
putrescat / a facie olei diuine
misericordie / renouetur vt aquile iuuentus
mea / et nouum noua voce nouum
canticum nouis ciuibus aggregati
illic vbi sunt noua omnia iubileum
sempiternum celebrantes i cymbalis
iubilacionis Utinam / Tollatur

hec crassa nebula ab oculis meis /
vt reuelata facie gloriam domini
speculantes immensum illud pela-
gus / absorbeamur a domino spiritu / ac
deo meo in vinculis caritatis af-
fecti / vnus cum ipso spiritus efficiamur
prestet hoc nobis tuo intuentu
O Maria filius tuus ihesus xpistus
dominus meus / cui laus et gloria et gratiarum
actio in sempiterna secula Amen
Bernhardus de dignitate et
excellentia beatissime dei geni-
tricis Marie

Non est quod magis me de-
lectet / nec est quod timeat
magis quam de gloria
virginis matris habere
sermonem / vt enim sileam itum inef-
fabile priuilegium matrum et pro-
gratiam penitus singulare toto
eam deuotionis affectu amplectitur
honorat / suscipiunt vt dignum est
vniuersi / vt libeat de ea loqui
gestiat omnis / quidquid tamen dicitur
de indicibili eo ipso quod dici po-
tuit minus gratum sit / minus place-
at minus acceptetur / Que nam
poterit lingua / etiam si angelica sit
dignis extollere laudibus virginem
matrem / matrem autem non cuiuslibet sed dei / que
enim vel angelica virtus virgini-
tati illi audeat comparari / que dig-
na fuit spiritus sancti sacrarium fieri /
et habitaculum filij dei / Nec in mun-
do locus dignior / virginalis vteri